

College Socie S. Johannis Monachorum
**CONFESSİONIS
CATHOLICÆ,**

In qua

**DOCTRINA
CATHOLICA ET
EVANGELICA, QVAM EC-
CLESIAE AUGUSTANÆ CONFESSİONI
ADDICTÆ PROFITENTUR, Ex ROMANO-
Catholicorum Scriptorum suffra-
giis confirmatur,**

AuctoRX

**JOHANNE GERHARDO D.
LIBRI II. Specialis Pars Tertia,
eadémque Ultima**

Continenſ articulos,

- XVI. De POENITENTIA.
- XVII. De EXTREMA UNCTIONE,
- XVIII. De SACRAMENTO ORDINIS,
- XIX. De MATRIMONIO,
- XX. De GRATIA PRIMI HOMINIS,
- XXI. De AMISSIONE GRATIÆ ET STATU PECCATI,
- XXII. De GRATIA ET LIBERO ARBITRIO,
- XXIII. De JUSTIFICATIONE,
- XXIV. De BONIS OPERIBUS IN PARTICULARI.

Cum Privilegio Electoris & Ducum Saxoniae.


**JENÆ,
Typis & Sumtibus ERNESTI STEINMANNI,**

ANNO M, DC, XXXVII.

SIN DIFERENCIA
COSTOS

ANEXO DO

TELEADVERTISING



• Per Illustri & Generosissimo Comiti ac Domino,

D.N. LUDOVICO GÜNTHERO,

è quatuor S.Romani Imperii Comi-
tibus, Comiti in Schwarzbürg & Hohnstein/ Domino -
Arnstadtii, Sondershusæ, Leutenbergæ, Loh-
tz & Cletenbergæ &c.

DOMINO ET EVERGETÆ SUO CL-
MENTISSIMO.

Gratiam à Deo Patre per Christum Iesum misericordia
nisi nostrum. Amen.

PER ILLUSTRI & Generosissime Comes, Do-
mino & Evergetaclementissime, per illustris Co-
mitum Schwartzburgicorum familia, ex qua
Perlli. V. Generos. felici satu in lucem edita, tri-
um cum primis ævigraphis ac dignitatum prædi-
puarum fulgore coruscat splendidissimo. Primum hoc est,
quod antiquitate nulli Principum vel Comitum Imperii fa-
miliæ cedit. Historiarum enim monumentis proditura ex-
stat, Witkindum nigrum, Equitem auratum, in Saxonia cir-
ca Annum Christi 751, tempore Pipini Francorum Regis &

Etii ipsius Caroli & re & nomine magni, Imperatoris Romani,
 supremum militiae Ducem in exercitu Edelhardi Regis Saxo-
 rum contra Francos extitisse, quos etiam aliquoties prælio
 vici, donec tandem interfecto ipsius filio Hermanno cum Ber-
 tholdo pâtru o ad Bucholtum Anno Christi 779. à Francis ca-
 pris, in Galliam abductus & ad quinquennium deceptus fuit,
 propterea quod fidei Christianam suscipere nolle. Verum
 suauu Caroli Magni eandem tandem amplexus est fonte sacro le-
 vatus est per Imperatoris filium Ludovicum, qui nomen suum
 ipsi indidit & Ludovicum vocari jussit. Constitutus deinde à
 Carolo Magno Praefectus militiae contra Saracenos per annos
 aliquot res bellicas præclarè gessit ac filiis suis autor fuit, ut &
 ipsi fide Christianâ imbuti per Baptismi Sacramentum Chri-
 stianæ militiae adscriberentur. Huic Ludovico & filiis ejus in
 præmium rerum præclarè gestarum dedit Carolus in saltu Thu-
 ringico tractum 20. miliaria in longitudine & decem in latitu-
 dine ambitu suo complectentem, jure hereditario possidendū.
 Idem Ludovicus, ante sacrum lavacrum Witekindus dictus,
 ex Agneta Comitissa Winsenburghensi genuit filium in Baptis-
 mi susceptione vocatū Carolū, qui primus Comitis Schwartz-
 burgici nomen obtinuit, ex eo, quod arcem a se ad radices saltus
 Thuringici prope Salam ædificatam hoc nomine insigniverat,
 ac postquam pacifice annis 36. regimini præfuisset, anno Chri-
 sti 832. piè placideq; expiravit. Ab hoc Witekindo incunabu-
 la Schwartzburgicæ familiæ pleriq; arcessunt. Sed perillustrem
 hanc & generosissimam familiā multò antiquiorem esse, quam
 ut ab hoc Witekindo primùni incloetur, ostendunt Annales
 Stolbergici, in quibus mentio fit cujusdam Volcmari Comitis
 Stolbergici, qui Anno Christi 585. Annam Schwartzburgicam
 in ma-

in matrimonium duxisse memoratur. Alii proinde familiæ hu-
jus originem rectius deducunt ab Ernesto Nobili quodam Ro-
mano, qui cum fratre suo desertâ Italiam propter civilia bella cit-
ca Annum Christi 455. in Saxoniam sese contulit, ac circa Göt-
tingam duas arces in montibus æqualis altitudinis ædificavit,
quæ ex eo Gleichen appellatæ fuere. Alterum Schwartzburgi-
æ familiæ ~~auxi~~ merito censemur, quod Comites ex ea oriun-
di jam olim inter quatuor Imperii Comites specialiter sic di-
ctos fuere relati. Nam post Imperii in Germanos translatio-
nem successu temporis commodissimum fuit visum illud spe-
cialib. munire præsidiis, Principibusq; firmare, quib. ut firmis
columnis ac basibus intixum adversæ tempestatis procellis ac
turbanibus valens resisteret ac potentiaæ suæ mucronem lon-
ge latèq; vibrare posset. Id circò Imperium super gradibus no-
bilitatis atq; etiam communitatib, opulentis providâ sagacita-
te fundatum est, quorum quemlibet gradum quatuor illustres
familiæ determinarent, quæ quidem utpote cæteris in suo or-
dine præstanciores, peculiariter Rom. Imperio incorporatae &
opportuno tempore ad præsidium ejus magis obstrictæ, adeoq;
etiam promptiores esse deberent. Sunt autem primò quatuor il-
lustres Principes ac Duces inclytæ prosapiæ ab ævo longo pro-
ductæ & apud Augustos principalissimi, super quib. Romanū
fundatur Imperium, die vier hohen Herkogen. Primus est Dux
Bavariæ, qui Ducatus cum Palatinatu Rheni sit unitus, inde
quidam Comiti Palatino Rheni primum inter hos Duces locu
ad signant. Secundus, est Dux Brunsvicensis in Saxonia. Ter-
tius, Dux Lotharingie in Gallia. Quartus, Dux Sueviæ, eujus
Domus penitus defecit in ultimò Duce Conradino Friderici.
II. Imperatoris filio. Sunt & quatuor Marchiones cæteris Mar-
chiona-

E P I S T O L A

chionatib. præcellentiores, die vier Marggrafen. Primus, Marchio Moraviensis; secundus, Misnensis; tertius Brandenburgensis; quartus Badensis. Quatuor deinde procedunt Illustrissimi Comites Provinciales, die vier Landgrafen. Primus, Landgrave Thuringiae; secundus, Hassia; tertius, Alsatiæ, cuius Dominus defecit & in Archiepiscopatum Argentiniensis Ecclesiæ iuxta Landgraviatus translatæ sunt; quartus, Lichtenbergensis (al. Leuchtenbergensis) est. Quatuor etiam generosi Comites castrenses in pagina fundationis Sacri docebuntur Imperii, die vier Burggrafen. Primus est Nürnbergensis; secundus, Magdeburgensis; (cui verò Saxoniæ Elector primum inter Burggravis os dat locum apud Dn. Hortlederum de caus. bell. Germ. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 108. quem ordinem etiam Munsterus observat) tertius, Stromburgensis; quartus, de Rineck. Sunt etiam quatuor magnifici Comites Sacri Imperii, die vier Grafen des Reichs/ minores quidem inter Principes, sed gradu suo majores. Primus est Clivensis, qui postea evectus in Ducem, sed nostrâ ætate familia ista fuit extincta; secundus, Schwartzburgensis; tertius, Comes Ciliæ, cuius Dominus defuncta in Austriae Duces Ann. 1456. feudali jure fuit devoluta; quartus, Comes Sabaudiæ, qui in Constantiensi Concilio à glorioissimo Imperatore Sigismundo Ducali titule est illustratus, ut sic ex omnibus quatuor Imperii Comitum Dominibus sola familia Schwartzburgica hanc dignitatem adhuc hodie obtineat.

Quatuor etiam nobilissimi Barones prædictis annumerantur, die vier Freyherrn oder Semperfren. Primus de Limpurg; secundus, Baro de Doufs, dictus de Rat; tertius, de Westerburg; quartus Baro de Aldewald. Hos subsequuntur quatuor strenuissimi milites eæteris ex ordine militari clariores, qui & Proceres

D E D I C A T O R I A.

ceres sive Valyafores dicuntur, die vier Ritter/ quorum primus est miles de Andlo in Alsacia; secundus, miles Strandec; tertius, de Meldingen; quartus, de Frowenberg (al. Fronberg) in Bavaria. Sacrum Imperium insuper fundatum dicitur super quatuor civitates insignes, die vier Städte/ quarum prima est Civitas Augustensis Rhetiae; secunda, Moguntina, aliis Metensis; tertia, Aquisgranensis; quarta, est Lubecensis. Quatuor deinde pagi sive villæ sunt magnificæ, quæ in fundamentis Imperii annumerantur, die vier Dörfer. Prima est Pabebergensis; secunda, Schleestadiensis; tertia, Haganöensis; quarta, Ulmensis. Et, ut nullus gradus prætermissus videatur, accedunt præmissis quatuor famosi rustici & in basibus Imperii distribuūtur, die vier Bauern oder BauernMänner. Primus est Coloniensis; secundus, Ratisbonensis; tertius, Constanicensis; & quartus, Saltzburghensis Diœcesium. Sanè quidam plures ejusmodi quaternarios numerant, sed qui haetenus enumerati, sunt præ ceteris insigniores, de quibus plura videri possunt apud Panvinium lib. de Comitib. Imperii cap. ult. B. Rheinani lib. 3. rerum Germanicarum p. 159. Petrum de Andlo lib. i. de Imp. Rom. cap. 16. p. 74. Munsterum lib. 3. Cosmogr. cap. 24. p. 455. Cal. 371. Goldastum in Reichshandlūg p. 17. & seqq. Limnæum de jure publico lib. i. cap. 7.n.38. &c. Ceterum quia vetustiora Imperii instrumenta divisionis in hujusmodi quaterniones nullam faciunt mentionem, inde de ejus autore ac origine Scriptores invicem variant. Quidam distributionis hujus autorem laudant Ottонem III. Imperatorem, Alii nominant Carolum IV. Aureæ Bullæ conditorem. Alii, inter quos Welserus lib. 5. rer. Aug. Vindel. p. 111. vetustam adeo ejus constituunt originem, ut autoris atq; originis in memoria

vetusta-

Digitized by Google

vetustate abierit, interim tamen aliquot multis retro statibus hoc dignitatis genitus hominum existimatione apprimad viguisse. Qui Ottoni eam tribuunt, fragmentum adferunt cuiusdam Imperii Recessus, quod Goldastus retulit in Reichen handlungen/ cuius iurisq; sic habet: Das Corpus oder Buch nam des H. Romischen Reichs nützlichen obwissen Gliedern / wie es ward in Ordnung brachte durch Kaiser Otton und die Fürsten. Sed Fragmentum illud, eodem Goldasto monitore, spoliatum est, ut nullam fidem mereatur. Reusnerus in Encl. qq. Historic. q. 7. p. 85. ex eo erroris manifesti illud arguit, quod ex aetate nulli adhuc extiterint vel Dukes Brunsvicenses, vel Thuringiae, Hassiae & Leuchtenbergae Landgravii, uti nec Marchiones Badenses, vel Comites Sabaudie, quorum tamen omnium in istis quaternionibus consignati reperiuntur tituli; ipse autem ejus autorem facit Carolum quartum. Idem Goldastus lib. 3. de regno Bohem. cap. 3. n. 2. memorat, Conradum Comitem Cliviz in nova Germanici Imperii constitutione, tempore Gregorii V. P. R. convenutu totius Christiani orbis Principum habito, inter quatuor Imperii Comites hereditarios secundum omnium Ordinum calculos suis se electum propter operam in bello Italico contra Imperii rebellis bene navatam. Ut autem de autore & origine hujus distributionis, ita quoque de fine ejusdem Scriptores sententiis invicem discrepant. Zachariae Victorii de caus. ex-empt. concl. 5. ad pompam & ostentationem Imperii haec distributio facta videtur. Sed Welserus d. l. rectius sic judicat. Lecti fuere quaterni ex singulis, quos hoc Imperium complectitur, Ordinibus, illi, scil. qui autoritate & potentia ceteros sui Ordinis antestantes tanti Imperii majestatem, columnarum veluti more, fulcirent, sive in membrorum modum illi

subser-

DEDICATORIA

Subservire possent, cum utrāq; appellatione cohonestati reperiantur, quæ constitutionis hujus ratio etiam à Petro de Andlo d. redditur. Tertium illustris familie Schvvartzburgicæ auxilia ac peculiare decus æstimandum, quod Heroas de Rep. Christiana optimè meritos, strenuos Bellatores, quin & Augustum Imperatorem superioribus seculis produxerit. Ut enim prætermittam alios Dynastas ex hoc stemmate oriundos, qui longa serie recenseri possent, prodiere ex hac per illustri familia Henricus Archiepiscopus Bremensis & Monasteriensis, Guntherus Archiepiscopus Magdæburgensis ex Præposito Moguntinensi & CoAdjutore Antecessoris sui Alberti, Gerhardus Episcopus Wirtzburgensis, ex Naumburgensi, Dux Francorum investitus à Carolo IV. qui seditiones cives Herbipolenses, ii. Jan. Anno 1400. paucâ manu vicit interfectis 1300, captis 200. desideratis è suorum numero tantum sex equitibus, ex quo Principis magnanimi & bellatoris insignis nomen fuit soritus, Guntherus bellicosus Perill. V. Generos. Patruus, natus Ann. 1529. qui in literis humanioribus educatus & institutus, & à teneris ad virtutem assuefactus militiam & grave Martis opus exercuit. In Belgio specimen heroici animi edidit, pulsis aliquoties & in fugam versis Gallicis copiis Ann. Christi 1555. Ordines equestres in Dania sub Friderico II. Rege duxit contra Ericum Regem Sueciæ Ann. 1563. & sequentibus: Supremus militiæ Dux à Maximiliano Imper. contra Turcum Tyrannum constitutus est in Ungaria Ann. 1566. & oppugnationi arcis Gothanæ interfuit. Ann. Christi 1567. Belgum ingressus Matthiæ Archidiaci Austræ & Ordinibus Belgicis militavit contra Hispanos, tandemq; mortuus Antuerpiæ 15. Maii Ann. Christi 1583. Verum enimvero inter omnes generosæ hujus profapiæ surculos

eminet Comes Guntherus, de quo Aventinus lib. 7. Annal. Bav. p. 634. (in aliis edit. p. 487.) sic scribit : Comitia Cæsarea habent Henricus Moguntinus Archimysta, Rudolphus Præfetus Prætorio Rheni, Ludovicus Brandenburgensis, Reguli Boiorum, Dux Saxoniæ, Guntherum Schwartzburgicum, quo nemo tum melior in Germania existimabatur, unde & Optimi cognomen meruit, Cæsarem constituunt. Natus fuit hic Guntherus Ann. Christi 1305. ac suffragatae ipsi fuerunt ad Imperium adipiscendum res sub Ludovico Bayaro fortiter gestæ & amicitia Moguntini Archiepiscopi. Erat enim intimus Consiliarius Imperatoris Ludovici, a quo una cum ipsius filio Ludovico Marchione Brandenburgico Electore, & Henningo Bock, Equite aurato, Lubecam missus est, ut Senatum Civesq; cum Comitibus Holsatiæ conciliaret, ejusdemq; copiis militaribus præfectus in omnib. locis victoriæ obtinuit, atq; hac ratione sibi magnas opes & plurimos amicos comparavit, cum etiam insigni esset & corporis formâ, ac animi fortitudine, multisq; virtutibus ornatisimus. Ludovico Bayaro rebus humanis exempto Electores, repudiato Carolo IV. cuius electionem declaraverant irritam, hunc Guntherum ad solium Imperiale cœxerunt Francofurti Anno Christi 1349, secundâ Februarii die ; cui tamen electioni Güntherus assensum præbere noluit, priusquam publico decreto notum fecissent Principes, collocari ipsum in Sedem Imperatore vacuam. In vivis enim adhuc erat Carolus IV. Johannis Regis Bohemiæ filius, Henrici VII. Imperatoris nepos, cui Ann. Christi 1346, suffragiis Moguntini, Trevirensis, Colonientis, Bohemi & Saxonis Imperium erat traditum, cum id iidem ademissa Ludovico Bayaro, Pontificii anathematis execratione oppresso, ac Bonnæ solenniter erat

DEDICATORIA

erat coronatus. Cæterum Guntherus in locum Caroli surrogatus ad urbem Francofurtum accessit instructus exercitu, & castris ad urbem positis æmulum Carolum præstolatus est, ut causam bello decerneret. Verùm is, et si eodem suas adduxit copias, tamen vim belli experiri & fortunam viri strenui ac bellatoris, qui nitebatur studiis & auxiliis summorum Ordinum irritare, deniq; vires universas in unius diei prælium impendere non fuit ausus. Post duorum mensium obſidionem in urbem intromiſſus Güntherus, regio more fuit exceptus. Carolus, cùm vi & armis se nihil effecturum cerneret, ad alias se convertit artes. Transegit cum Ludovici Bavari filiis quibuscunq; conditionibus, et si his pactis minimè stetit, ductâq; in uxorem Rudolphi Palatini filiâ, disjunctit Electores & Bavariæ Domus auxilia æmulo subtraxit. Sed cùm ne sic quidem eum exarmasset, Medici excellentis Fridaugi (vel ut alii eum vocant Freydandſ) famulum pecuniâ corruptum subornavit, qui leviter ægrotanti venenūm in potione à Medico præparata ipſi propinavit, cuius et si partem magnam vomitu rejecit, cùm Medicum ex prægustato pharmaco, quod eum facere cœgerat, paulò post vultu mutato collabi atq; exanimari conspexisset: reliquiis tamen ita enervatus ac debilitatus fuit, ut ad res gerendas prorsus inhabilis evaserit. Nihilominus, cùm Carolus Altavillam Moguntini ArchiPræfusilis arcem oppugnare statuisset, Guntherus, licet ægrotus, eam defendendam in se recepit, & transeunte m Carolum ducenti ipsius equites in fugam verterunt, actumq; de salute illius fuisset, nisi Wirtenbergici periclitanti opem tulissent. Desperata itaq; Guntheri vitâ interposuerunt se Rudolphus Palatinus & Marchio Brandenburgensis, quos arte à Gunthero Carolus avulferat, remq; eò deduxerat, ut Carolus pro Imperio

Guntheri heredibus numeraret viginti duo milia marcarum
 argenti in compensationem impensarum additis duobus in
 Thuringia oppidis & Francofordiensibus redderet emporii ac
 publici mercatus jus, quod transtulerat Moguntiam, Gunthe-
 rius verò Carolum salutaret Regem. Ita sexto ab electione
 mense Gunthero indignè peremto, ac regio apparatu inq; re-
 gio monumento Francofurti in æde D. Bartholomæi sepul-
 tro, Carolus Imperio solus tandem ex voto est potitus Ann.
 1350. quâ de replura legi possunt in Chronico Carionis p. 803.
 apud Fabricium lib. 6. Orig. Saxon. p. 655. Joh. Cluverum Hi-
 stor. p. 691. Atq; hi sunt laudatissimi Perlll. V. Generos. ma-
 jores, à quibus ipsa non solum heroicum sanguinem, sed etiam
 generosos Spiritus jure hereditario fuit consecuta, accepto
 vivendi initio mense Majo Ann. 1581. Quam verò primùm
 lucis hujus usurâ Perlll. V. Generos. Dei munere frui cœpit,
 parentes Perlllustres ac Generosissimi Dn. Albertus Comes
 Schwarzburgensis & Hohnsteinensis, Dynasta in Arnstad &
 Sondershausen, Jenensis ac Lovaniensis Academiæ in juven-
 tute quondam alumnus, Heros magnanimus, ac Dn. Julianæ
 Comitissa à Nassau Dillenberg. matrona pientissima, jam inde
 à primis incunabulis ad pietatem, virtutem & bonas literas
 quam diligentissimè eam informari curarunt, donec Ann.
 1598. unâ cum fratre Perlllustri & Generosissimo Dn. Alber-
 to Günthero Comite Schwarzburgico & Hohnsteinensi, non
 ita pridem rebus humanis exempto, in hanc Salanam ab iisdem
 allegaretur, in qua convictu & familiaritate Theologi longè
 celeberrimi Dn. D. Georgii Mykii ultra biennium fuit usâ, ac
 postmodùm in Argentoratensem Academiam concedens,
 summorum Theologorum Dn. D. Pappi & Dn. D. Marba-

DEDICATORIA.

chii sūas et sūas extitit, & quidem salutari Dn. Paten-
tis Consilio, qui Perll. V. Generos. in utraq; Academia Theo-
logorum familiaritate, mensā atq; colloquiis ad fovendos na-
tivæ pietatis igniculos & amorem sincerioris Theologiæ ani-
mo ipsius ingenerandum, uti frui voluit. Post beatum lau-
datissimi Dn. parentis obitum Perll. V. Generos. sexennium
integrum peregrinationibus ad exteris susceptis impendit,
ac præcipuas orbis Europæ provincias, Galliam cunaprimis,
Hispaniam, Britanniam, Belgium lustravit, & in summorum
Europæ Procerum, Regum, Ducum ac Principum notitiam
seculis in suauavit. Emenso peregrinationis curriculo Ann. 1612.
Perll. V. Generos. ditionum paternarum regimen adiit, quod
eo modo hactenus administravit, ut veræ religionis, sinceri
cultus divini, pietatis & justitiæ studium ac subditorum com-
modum, velut unicum regiminis scopum, sibi semper habue-
rit præfixum. Ecclesiis in sua ditione de Superintendentibus
& Pastoribus vigilantissimis sollicitè hactenus prospexit, eos
demq; affectu clementissimo semper fuit amplexa, quem er-
ga Ecclesiæ Ministros amorem ex Theologorum in Acade-
miis convictu & conversatione Perll. V. Generos. dubio pro-
cul primùm imbibit & inviolatum hactenus servavit. Te-
stes hujus clementiæ sisto Dn. D. Henricum Eckhardum Su-
perintendentem Francohusanum ac postea Aldenburgen-
sem; itemq; successorem ejus Dn. M. Danielem Monch-
meierum primùm quidem Francohusanum, postea Brunsui-
censem Antistitem, utrumq; ut etiam Dn. D. Jo-
hannem Rothmalerum, Superintendentem Francohusa-
num, hodiè verò Rudolphopolitanum Ecclesiastem auli-
cum & Superintendentem, quem meritò ob pietatem,

eruditio[n]em, modestiam, donorum præclarorum copiam & debitam in officio diligentiam Perll. V. Generos. in delitiis ha[bit]et. Justitiae Zelum Perll. V. Generos. itidem publico hoc documento comprobat, quod Viros Strenuos, Nobilissimos, Magnificâ autoritate, prudentiâ, judicii dexteritate, præclarâ eruditione & magnis in Rempubl. meritis eximios Dn. Marcum ab Enter hereditarium in Perisch & Nidergrun Cancellarium, ac Dn. Wolfgangum Christophorum à Grafaw aulæ Magistrū, lateri suo adjunxit, eorumq; consilio in negotiis gravioribus & in jure dicendo salutariter utitur. Quantâ verò clementiâ Scholarum Præsides Perll. V. Generos. complectatur, vel ex eo conspicuum, quod salario ipsorum intuitu difficiliorum istorum, in quibus vivimus, temporum benignissimè adauxerit, ac uni Scholæ Francohusanæ ante biennium summam mille flor[er]orum in subsidium Præceptorum munificentissimè consecraverit. Sed prætermisis virtutibus reliquis, quarum corona splendidissima Perll. V. Generos. cingit atq; munit, pietatem ejusdem perpetuis laudum præconiis celebrandam vero animi judicio statuo. Pietatis est, quod Perll. V. Generos. templum Rudolphstadiense, ædificiū profectò augustum, intra biennii spaciū successu felicissimo, in mediis bellorum turbinibus ex imis fundamentis excitarit, & quidem sumtibus propriis sine subditorum impendio, à quibus ne obolum quidem hoc nomine extorsit, cum tamen aliquot flor[er]orum millia huic strueræ fuerint insumenta. Pietatis est, quod templum hoc tantis sumtibus extructum, die Kirche zur Ehre Gottes denominari voluit, hac ipsâ nominis impositione publicè testata, quod in hoc opere non vanæ alicujus apud homines laudis affectarit aurulam, sed solam divini nominis unicè quæsiverit gloriam.

Piet-

D E D I C A T O R I A

Pietatis est, quod quicquid librorum Theologicorum, Historiorum, Philologicorum in scriniis suis habuit reconditum, quorum numerus haud est exiguus, in ædem istam sacram transferri curaverit, & hac ratione ad sacram Bibliothecam comparandam fundamenta jecerit. Pietatis est, quod studiosos pauperulos complures in diversis Academiis, maximè tamen in hac Salana, liberaliter sustentat, eorumq; numerum eroga subinde novis stipendiis adauget. Pietatis est, quod publicis divini cultus exercitiis cum tota aula frequentissimè interesse, preces publicas quotidianas præsentia suā aliis commendare non gravatur, concionibus sacrīs devotè attendit, ac piis sermonibus, qui Deo consecrati pectoris indices sunt minime dubii, summopere delectatur. Pietatis est, quod erga pauperes eximiè beneficam se præstat, ut Rudolphstadium peregrinorū & exūlum refugium haud injuriā hodiē ab omnib. audiat. Pietatis est, quod subditos tam paterno complectitur amore, ut inter tot militares exactiones miseriis eorum & que afficiatur a suis, & proinde ad sublevanda contributionum onera ne preciosiori quidem supellestili aureisq; ~~καμπάνιοις~~ suis pepercerit, quo minus unā cum multis signatæ pecuniæ millibus in subditorum levamen ea aliquoties hactenus expenderit. Pietatis est, quod Per III. V. Generos. machinas bellicas complures ex armamentario avito deponitas in campanas, quarum sono auditores ad cultus divini exercitium convocantur, transfundi curaverit, indicio certissimo, quod pacem paciq; cognatum campanarum tintinnitum audire intat, quā bellum & bellicarum machinarum horribilem boatum. Rara illa & nunquam satis depraedicanda Per III. V. Generos. pietas facile à me impetrare potuit, ut hanc quartam eandemq; ultimam Confessionis Ca-

EPISTOLA DEDICATORIA.

tholicæ partem perillustri ejus nomini submissè inscriberem' ac humiliter consecrarem, certissimâ spe fretus, fore ut piam hanc & ad Ecclesiæ salutē directam opellam meām Per III. V. Generos. gratam sit habitura & sereniori frōnte eādem suscepitura. Accedunt præclara Per III. V. Generos. in meā tenuitatem collata beneficia singularis clementiæ ~~languore~~ evidentissima, quibus ne quidem recensendis par esse possum, tantum abest, ut digna pro illis ~~exagiscimus~~ per omnem vitā me persolve-re posse mihi persuadeā. Aliquoties mensæ suæ Per III. V. Generos. me admovit, munificā & benignam sese exhibuit, atq; eximio clementiæ affectu ac tenore favoris perpetuo me semper fuit hactenus prosecuta. Æquū igitur erat, heroicas Per III. V. Generos. virtutes ac merita præclara in posteritatis memoriā traducere, tabulis æternitatis inscribere, & præclarè factis debitā laudem minimè derogare. Benignissimus Deus Per Illustrem V. Generos. cum tota inclita familia Schvartzburgica diutissimè salvam & in columem conseruet, ab omnibus periculis & adversis in hac exulceratorum temporum fece potentissimè tueatur, & regimini ipsius ex alto benedicat, ut omnes Per III. V. Generos. conatus, consilia & actiones ad divini nominis gloriam, Ecclesiæ & Subditorum salutem successu felicissimo cedant, per Christum Salvatorem nostrum unicum in secula benedictum. Amen. Perscriptum Jenz Cal. Aprilis Ann. 637.

Per III. V. Generos.

humiliter colens

Johan. Gerhard D.

PARTIS III. Ejusdemq; ultimæ, LIBRI II. SPECIALIS in Confess. Catholica.

ARTICULUS XVI.

DE POENITENTIA.

CAP. I. De generis penitentia.	pag. 1.	
Thesis. Penitentia non est Sacramentum propriæ & particularissime sic dictum.	ead.	
"Eadem.	ead.	
Antithesis.	ead.	
Nostra sententia confirmatio.	2	
Eidem suffragatur.	3	
1. Quod quidam agnoscunt, duo dant eas est Novi Test. Sacra menta propriæ sic dicta. Baptismum scilicet & Canonum Domini.	ead.	
2. Quidam hypothes Adversiorum.	ead.	
3. Dissensiones Adversiorum.	5	
Dissentient invicem i. de subiecto questionis.	ead.	
2. De institutione hujus Sacramenti.	6	
3. De materia hujus Sacramenti.	ead.	
4. De forma hujus Sacramenti.	7	
5. Manuum impositionem quidam volunt esse externum Elementum in hoc Sacramento, & tamen negant, eam esse de essentia vel necessitate hujus Sacramenti.	8	
6. De efficacia hujus Sacramenti.	ead.	
7. De necessitate hujus Sacramenti.	9	
8. De Penitentia, ut est virtus.	ead.	
Argumenta Adversiorum.		
1. March. 4. v. 17. Agite penitentiam.	10	
2. Joban. 20. v. 23. Quorumcumq; remiserint peccata, remissa erunt.	ead.	
3. Quia absolutionem sequitur efficaciter gratia infusio.	13	
4. 1. Tim. 5. v. 22. Manus nemini citio impo- sueris, neque communicaveris peccatis alienis.	ead.	
5. Impositio manuum est externum bujus Sacramentis symbolum.	14	
6. Montanistarum & Novationorum er- ror fuit, negare penitentia Sacra men- tum.	15	
CAP. II. De partibus penitentia in gene- re.	16	
Thesis I. Due sunt essentiales vestre ac salutare penitentie partes, Contritio & Fides.		
"Eadem,	ead.	
Antithesis.	17	
Nostra sententia confirmatio.	ead.	
Eidem suffragatur		
1. Quod quidam duas penitentie partes esse agnoscunt, Contritionem & Fidem.	18	
2. Quod quidam agnoscunt, fidem in Christum, sive, quod idem est, fiduciam misericordie divinae in Christo & propter Christum promisse, ad salutarem penitentiam requiri.	19	
3. Quod quidam agnoscunt, penitentiam Iude propterea non fuisse salutarem, quia defuit ei fides in Christum.	20	

SCHEMATISMUS

<i>Ihesus. II. Contritio, Confessio & Satisfactione non sunt essentiales veritate penitentie partes.</i>	21	<i>Ihesus. II. Contritio est necessaria in vere pa- nitentibus, ratione ordinis, non respectu cuiusdam meriti vel medii, per quod Deo reconciliatur.</i>	31
<i>Endic. s.</i>	<i>ead.</i>	<i>Antibes.</i>	<i>ead.</i>
<i>Nostra sententie confirmatio.</i>	<i>ead.</i>	<i>Nostra sententie confirmatio.</i>	<i>ead.</i>
<i>Eidem suffragatur.</i>		<i>Eidem suffragatur.</i>	
2. <i>Quod quidam agnoscunt, vera & salu- sarum coram Deo penitentia patre esse duas, Contritionem & Fidem.</i>	22	1. <i>Quod quidam agnoscunt, fidem esse uni- cum illud medium, per quod promissio- nem de gratuita peccatorum remisio- ne amplectimur, & coram Deo justifi- caror.</i>	32
2. <i>Quod quidam agnoscunt, tres illas actus Ecclesiastica penitentie, non autem pa- nitentiae, coram DEO competere.</i>	<i>ead.</i>	2. <i>Quod quidam negant, confidendum esse in nostra contritione.</i>	<i>ead.</i>
3. <i>Quod quidam agnoscunt, Iuda pa- nitentiam tres illas actus includere, que ta- men non fuit vera & salutaris pa- nitentia.</i>	<i>ead.</i>	3. <i>Quid quidam agnoscunt, contritionem esse tantum disproporcionem ad remisio- nem peccatorum, non autem meritum nec de condigno, nec de congruo remis- sione peccatorum.</i>	<i>ead.</i>
4. <i>Quodam hypotheses Adversariorum.</i>	23	4. <i>Dissensiones Adversariorum.</i>	30
5. <i>Dissensiones Adversariorum.</i>	24	<i>Argumenta Adversariorum.</i>	
C A P . III. De Contritione.	<i>ead.</i>	1. <i>Ezech.18.v.27. Cum averterit se impius ab impietate sua, ipse animam suam vi- viscabit.</i>	<i>ead.</i>
<i>Ihesus I. Contritio ex lege eritur, & est cor- dium quadam passio, videlicet terror con- scientie, dolor & compunctione.</i>	<i>ead.</i>	2. <i>Dan. 4.v.24. Peccata tua redime Eleemosy- nis. Tob.12. v.9. Eleemosyna liberat a morte, & ipsa est, qua purgat peccata.</i>	
<i>Endic.</i>	<i>ead.</i>	3. <i>Luc.7.v.47. Remittantur ei peccata mul- ta, quia dilexit multum.</i>	32
<i>Antibes.</i>	25	4. <i>Job.3. v.14. Scimus, quia translati fu- mus de morte in vitam, quia fratres di- ligimus.</i>	35
<i>Nostra sententie confirmatio.</i>	<i>ead.</i>	5. <i>i. Petr.4. v.9. Charitas operit multitu- dinem delictorum.</i>	<i>ead.</i>
<i>Eidem suffragatur.</i>		6. <i>Patres penitentia Deum mitigari & placari, lachrymus peccata ablui, con- tritionem mereri veniam & casserunt.</i>	
1. <i>Quod quidam ex Adversariis pa- nitentiam definit per dolentium vindictam.</i>			37
<i>Item per dolorem.</i>	26		
2. <i>Quod Thomas in Suppl.9.z.a.1. contritio- nem definit per alicujus duri atque in- tegri communionem.</i>	<i>ead.</i>		
3. <i>Quod quidam agnoscunt, propriam Ev- angelii doctrinam esse, non terrare, sed conso- lari.</i>	<i>ead.</i>		
4. <i>Quod quidam agnoscunt, bona opera no- stra non esse proprie dicta merita.</i>	27		

PART. III. LIBRITI. SPECIALIS.

C A P I V . De Confessione.	2 ead.	illam non debere esse nimis scrupulosam, nec tam de integritate confessionis, quam de sinceritate contritionis & fidei vere paenitentes debere esse sollicitos.
<i>Ihesus. In confessione coram Sacerdoti non est necessaria omnium peccatorum enumeratio.</i>	ead.	
<i>Eccl. 10.</i>	ead.	
<i>Anctibefis.</i>	38	
<i>Nostra sententia confirmatio.</i>	39	
<i>Eidem suffragatur.</i>		
2. <i>Quod quidam agnoscunt, necessitatem specialis peccatorum enumerationis non posse probari ex verbo Dei.</i>	40	
2. <i>Quod quidam agnoscunt, specialis illum peccatorum enumerationem non esse necessariam.</i>	43	
3. <i>Quod quidam agnoscunt, eam non sive in primitiva Ecclesia usitatam, vel certe non necessariam, iudicatam.</i>	46	
4. <i>Quod quidam agnoscunt, confessionem auriculariem ex publica Exemplogesi originem ducere.</i>	47	
5. <i>Quod quidam agnoscunt, ante confessionem vere paenitentibus peccata coram Dei iudicio remitti.</i>	48	
6. <i>Quod quidam agnoscunt, confessionem illam auriculariem, qualis bodoi requiritur, confunditam esse cum magni incommodis.</i>	49	11. <i>Quodam hypothese Adversariorum.</i> 56 12. <i>Dissensiones Adversariorum.</i> 57 Argumenta Adversariorum. 1. <i>In Veteri Test. variis extant bujus confessionis typi.</i> 61 2. <i>Gen. 3. Exigit Deus confessionem peccati ab Adamo & Eva, & quidem per Angelum in forma humana apparentem.</i> 62 3. <i>Levit. 5. divinitus mandatur peccatorum confessio.</i> coll. 4. <i>Levit. 13. judicium de lepra commissum fuit Sacerdotibus, quod Christus approbat Matth. 8. Luc. 17. remittens leprosos ad Sacerdotes.</i> ead. 5. <i>Matt. 3. Marc. 1. Qui ad Baptismum Iohannis accesserant, in specie peccata sua confessi sunt.</i> 63 6. <i>Job. 11. Apostoli jubentur Lazarum & vinculum funeralibus solvere.</i> ead. 7. <i>Job. 20. v. 23. Quorum remissitum peccata, remittuntur ois, & quorum restringitur, retenta sunt.</i> 64 8. <i>Aitor. 19. Multe credentium confitebantur & annuntiabant actus suos, ubi per fidem sacerdotis specialis enumeratio intelligitur.</i> 68 9. <i>2. Cor. 5. Deum nobis dedit ministerium reconciliationis, pro Christo ergo legatione fungimur.</i> 70 10. <i>Jacob. 5. Confitemini invicem peccata vestra.</i> ead. 11. 1. <i>Job. 1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata.</i> 71
8. <i>Quod quidam agnoscunt, confessionem idem, qualis bodoi surget, esse animarum carnificinam.</i>	52	
9. <i>Quod quidam Romano-Catholice approbarint auriculam X. I. Augustane Confessionis, in quo negatur necessitas specialis peccatorum enumerationis.</i>	55	
10. <i>Quod quidam agnoscunt, confessionem</i>		

SCHEMATISMUS

12. Proverb. 27. v. 23. Agnoscere vultum peccati tui.	Antithesis.	82.
13. Prov. 28. v. 13. Qui absco derit scelera sua, non dirigeretur; qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequeretur. Sirac. 4. v. 31. Non confundarū confiteri peccata tua.	ead.	84.
14. Concilia & Patres testantur de speciali illa Confessione.	ead.	
C A P. V. De Satisfactione.	73	
Thesis I. Christus non solum pro Originali, sed etiam pro Actualibus peccatis sacrificavit.	ead.	
"Exhort.	ead.	
Antithesis.	ead.	
Nostra sententia confirmatio.	74	
Eidem suffragatur.	ead.	
1. Quod non solum multi ex veteribus, sed etiam recentioribus Pontificis agnoscunt, Christum tum pro Originali, tum pro Actualibus peccatis nostris satisfecisse.	ead.	
2. Quod agnoscunt Adversariorum.	75	
Thesis II. Christus non solum pro omnibus peccatis, sed etiam pro omnibus peccatorum penitentia temporalibus, quam acerbi satifecit; ac proinde credentibus in Christum & culpa & pena, non solum exteriora, sed etiam temporalis remittitur.	76	
Antithesis.	ead.	
Nostra sententia confirmatio.	ead.	
Eidem suffragatur.	ead.	
1. Quod quidam agnoscunt, Christum non solum pro culpa, sed etiam pro pena satisfecisse.	77	
2. Quod agnoscunt Adversariorum.	78	
Thesis III. Nec pro culpa, nec pro pena Deo satisfacere possumus.	79	
"Exhort.	ead.	
Nostra sententia confirmatio.	80	
Eidem suffragatur.	ead.	
1. Quod quidam agnoscunt, nos non possemus Deo pro peccatis vel peccatorum penitentia satisfacere.	84.	
2. Quod quidam agnoscunt, fiduciam remissionis peccatorum in sola Christi satisfactione collacendam esse.	86	
3. Quod quidam agnoscunt, Deum non requirere aliam satisfactionem, quam fidem in Christum, & en ea proficiens bene agnudi propositum, ac patientem crucis impositae tolerantiam.	87	
4. Quod quidam agnoscunt, calamitates recompliri a Deo imponi, non ut sine satisfactione pro peccatis, sed sine labore alio.	88	
5. Quod quidam agnoscunt, opera penitentia suisse, olim ab Ecclesia imposta, non ob satisfactionem sacerdotum Deo, sed sine labore alio.	89	
6. Quod quidam agnoscunt, Deum vere in Christum credentibus perfecte remittere peccata.	90	
7. Quod quidam agnoscunt, vere penitentibus & in Christum credentibus, sine satisfactione propriare remissa esse peccata & peccatorum penas.	91	
8. Quod Bellarm. lib. de Panit. cap. 3. scribit, penas temporales hujus vita interdum non posse redimi, sed necessaria perperiendas esse.	92	
9. Quod quidam agnoscunt, etiam Ethicorum Sacerdotes imponeant satisfactiones penitentiam delictorum agnoscent. ead.	93	
10. Quod quidam approbant artic. 12. Confess. Aug. in quo satisfactiones propria negantur esse causa remissionis peccatorum.	93	
11. Quod		

PART. III. LIBRI II. SPECIALIS.

2. Quod quidam faciuntur; faciuntur
et proficiuntur deinde factum in Ec-
cl. 10. v. 11. Ead.
3. Quod sacerdotem & confiteatorem no-
strum improbantur, quod conjugium
et concubitus opera satisfactione
negantur. 3. ead.
4. Quid quidam faciunt coguntur, faciun-
t. 5. Quicquid est in transversalibus suffra-
gantibus episcopis. 94
6. Quid in quodlibet ordinacione quidam
negantur? propterea ut Confessariorum
convenientia per nos probetur aliquid debi-
tum esse. 95. ead.
7. Quod sacerdos habet satisfactionem. 96.
8. Excepimus Adversariorum.
 1. ad argumentum ex gratia peccati
condonacione possum, respondent
qui Psal. 32. v. 10. id. 102.
 2. ad exemplum nostrum, quidam liberius pec-
cata comisit; nec tamen peccata sua infi-
ctiora compulsi, etiam illis non vi sa-
cerdotali, sed absolvei proposita à
peccatis abficiuntur. 103
 3. Disagreemente in necessitudine
tempore remissione. 104. ead.
 4. Argumentum deus et credidit Elec-
tum. 105. ead.
 5. Bas. 11. v. 41. Date eleemosynas, sed acce-
pitate nobis et non mandate. 106. ead.
 6. Mat. 6. v. 12. petram nobū peccata fi-
re debitis dimicet. 106
 7. Mat. 6. v. 15. Mat. 23. v. 9. Inc. 5. v. 24.
Tobit 13. v. 10. ead.
 8. Cor. 11. v. 13. Si nos ipsi judicaremus,
non iudicabimus a domino. 107
7. 2. Cor. 7. v. 11. Paulus inter fructum saler-
tarum tristitia ponit vindictam. 108
 8. Multa Scriptura loca significant, inter
fideles esse communicationem honor-
rum operum. 2. Cor. 8. v. 4. Psal. 119. v. 63.
ead.
 9. Galat. 6. v. 2. Altera alterius enera porci-
tt. 109
 10. Eph. 5. v. 1. Estote imitatores Dei, sicut
filii carissimi, & ambulare in dilectione,
sicut Christum dilexit nos & tradi-
dit sanctipsum pro nobis. 110. ead.
 11. Quod rom. 3. culpa maneat adhuc de-
bris non luenda parte, probant ex variis
exemplis corrum, qui post Baptismum
calamitatibus subjecti fuere. 110
 12. Beatus pene temporalis, qui remaneat
post amicitionem cum Deo reformatam,
bona operibus redimi potest. 111
 13. In primitiva Ecclesia paenitentibus sa-
tisfaktiones fuere imposse. 112. ead.
 14. Si opera justorum vitam eternam ver-
merentur, etiam satisfactione prover-
bi pene temporalia. 113
 15. Nullum opus Dei reperiatur totum ex
merita ipsius misericordia ita factum, ut
ei justitia sue nihil admissuerit, Psal. 25.
v. 10. Psal. 85. v. 11. 114
 16. Peccatorum iniquitas non tollit peccatum
vel reatum pene; aliis non esse dis-
scriben inter eum, qui cunctum milli-
bus nefariorum & qui uno tantum se co-
flagrit contaminaret. 115. ead.
C A P. VI. De flagellationibus spontaneis. ead.
 Thesis. Flagellationes spontanee Deo non pro-
bantur, nec sunt satisfactoria pro pecca-
tis, vel meritorie regni cœlestis. 116. ead.
 Exclus. 117. ead.
 Antithesis: 117
 Nostre sententia confirmationis: 116

SCHEMATISMUS

- Eidem suffragatur.
1. Quod quidam agnoscunt, flagellationes primū 12. seculū Ecclesie fuisse ignoratas, ac quamprimum usurpari publicè cuperunt, ab ipsis Pontificib[us] improbatas. ead.
 2. Quod quidam agnoscant, flagellationes ab Ethnicū in Ecclesiam traductas. 121
 3. Quod Iudei & Tariq flagellationes usitatas fuisse agnoscere cogunentur. 122
 4. Quod flagellationes ab hereticis in Ecclesiam introductas esse facti cogunentur. ead.
 5. Quod flagellationes in Graeca Ecclesia non fuisse usitatæ fatentur. 123
 6. Quod nullius Pontifici vel Concilii decreta afferre possint, in quo flagellatio spontanea fuerit approbata. ead.
 7. Quodam hypotheses Adversariorū. ead.
- Argumenta Adversariorum.**
1. Renati iubentur mortificare membra Col.3.v.5. & carnem crucifigere Gal.5. v. 24. 124.
 2. Cor.9.v.27. et omnia corpus meū. ead.
 3. Zech.12. v.10. Et plangent eum planctū, quasi saper unigenitum, & dolebunt saper eum &c. 125
 4. Eccl.33.v.25. Cibaria & virga & onus asino; panis & disciplina & opus seruo. 126
- C A P . V I I . De Indulgencie.** ead.
- Thesis.** Indulgencie Papales meritò repudiantur. ead.
- Antithesis.** ead.
- Nostra sententie confirmatio.** 127
- Eidem suffragatur.
1. Quod quidam indulgentias repudiavunt, vel parvū iū tribuendum esse docuerunt, vel de multipli abusū, qui per illos committitur, cōquestis fuerunt. ead.
 2. Quod agnoscunt, indulgentias tamdem posterioribus seculis increbescere cōpisse, cū pietatū & bonorū operum studium in Ecclesia refrigerescere caput. 147
 3. Quod agnoscunt, Jubileum ex rite Ethnicorum in Ecclesiam esse dedicatum. ead.
 4. Quod agnoscunt, Jubileum ex Iudaismo esse in Ecclesiam dedicatum. ead.
 5. Quod agnoscunt, Indulgencias secundum offerte procandi licenciam. 148
 6. Quedam hypotheses Adversariorū. 152
 7. Dissensiones Adversariorum. 152
 8. Querela de mundinacionibus Indulgentiarum. 169
- Argumenta Adversariorum.**
1. Colos.2.v.24. Adimpleo ea, que desunt passioni Christi, in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia. 164
 2. Matth.16.v.29. & cap.18.v.18. Deus concessit hanc potestatem summū Ecclesie sue gubernatoribus. 166
 3. Patres mentionem faciunt remissionum, id est Indulgentiarum. ead.
 4. Castro adversarij. l.8. verbo Indulgentia fol.184. Indulgentiarum antiquitatem à stationibus veterum martyrum. 167
- Appendix** hujus articuli, in qua continentur
1. **Querela.**
 - Conquerantur, falò fibi tribui. 1. quod essenter, fidem esse necessariam penitentiae partem, anathematizatim fulmine percussiant. ead.
 2. Quod statuant, ad contritionem requiri alium nostrum meritorum. ead.
 3. Quod peccatores abducant à fide satisfactionis Christi ad fiduciam satisfactiōnis proprie. 168
 4. Quod statuant, Christum positione sul

1. Quod originali peccato factiscaſti, nobis
autem per actualitatem possit esse fa-
tiscedendum. 169
2. Quodlibet confessionem formulis mortis
Christi & Sanctorum de propria pa-
nitentia mortis conjungant. ead.
3. Quod barbare, Conscium scinſatio-
ne eſſe moſſari ab eo dicitur pe-
ccatum eternum. 170
4. Quod docent de penitentia peccatorum
mortis factis ex parte, sed per no-
ſum dilectionis & opa. 173
5. Quod remissione peccatorum pretio
mortis. 174
6. Quod pro culpo à nobis factiscaſti posſe
penitentia. 175
- II. Catechismus. I. Generale.**
1. Quod omni Montanis & Novatianis
negant penitentiam esse Sacra-
mentum proprium sic dictum. 176
2. Quod ab Augub. Confob. quo penitentia
non sacramentum accepit, confessionem
sufficiunt. ead.
3. Quod peccatum Ecclesiastica discipline
penitentem aduersus penitentes re-
quidatur. ead.
4. Quod probabilitas facilius ignoran-
tiam peccatorum quia confirmationem
negant, non confessionem quia ne-
gationem. 177
5. Quod dicunt nos disficiemus. ead.
6. Quod opera penitentie & necessarium
carum mortis: acceptum repudiamus. ead.
7. Quod Ecclesia potest communione
candi denegamus. 178
8. Quod mendaciter afferamus. Pontifi-
cies fides ac meriti Christi nullam faco-
re mentis habemus. ead.
9. Quod spoudaciter fraterimus. Chrysosto-
mum eam confessionem damnare. 179
10. Quod cum Jacobito bereticum specia-
lem peccatorum in auriculari confes-
ſione enumerationem rejiciamus. ead.
11. Quod cum Andeanu satisfactiones pro-
prias repudiemus. ead.
12. Quod nullam requiramus confessio-
nem. 180
- II. Species.**
1. Quod Lutherus ſit doctrinā peccatores
a penitentia avertat & ad peccatum
impellat. ead.
2. Quod arret faciendo novam vitam eſſe
optimam penitentiam, quodq; negat,
penitentiam inclidere odium vel do-
lorem de vita praeorita. ead.
3. Quod docent contritionem aut byz-
antinam, aut desperacionem gigante. 181
4. Quod initio ſua doctrine negaverit, ul-
lam penitentiam à Deo exigi poſt culpat;
poſtea vero admiserit reatum paue-
temporalium poſt culpatam remiſſam. 182
5. Quod scribat, in Sacramento penitentie &
remiſſione culpa non plus facere
Papam, Episcopum, Sacerdotem; quoniam
quemlibet Christianum, etiam famili-
nam & puerum. ead.
- III. Opiniones absurdæ.** 183
1. Non teneri quemlibet statim poſt pecca-
tum committit contra, etiam si reor-
derur sapius committi peccati. ead.
2. Martyrium sine penitentia peractum
ad justificationem sufficere. ead.
3. Solam detestationem peccandi sine pro-
posito formalis non peccandi de cere-
bro, sufficere ad gratiam consequen-
dam. ead.
4. Confessarium posſe penitenti imponere
penitentiam per aliun implendam. ead.
5. De originali peccato non eſſe penitentia
ogendam. ead.
6. Chri-

SCHEMATISMUS

6. Christum egisse paenitentiam jejuniū, givendo in desertū, & conversando cum bestiis. ead.
7. Paſſiones & afflictiones ſanctificatae in ſanguine Chriſti habere fortem in ſacrauſtationem, & eſſe complementum defeduum paſſionis Chriſti. ead.
8. Non ſatiſ eſſe fidem in ſatisfactionem Chriſti; ſed & à nobis Dei ſatisfactionem pro noſtriſ peccati per preuocimpoſitam. ead.
9. Nos, accedentes Dei graciā, verò poſſe aliquo modo ex proprio, ac pro hoc juſte & ex condigno ſatisfacere. ead.
10. Ad maiorem Dei gloriā, & maiorem honorem hominū ſatisfactionis Chriſto placuisse conjungere noſtrā ſatisfactionem ſue. ead.
11. Ob peregrinationem Romanam Angelos debere hominem ex purgatorio ad perpetua gaudia deducere. ead.
12. Chriſtum voiniſſe, ut infidelibus remitterendis peccata per Baptiſtum; fidelibus verò non per Baptiſtum, ſed per reconciliationem & paenitentiam. 184
13. Eos in eternum perire, qui ante moriantur, quād à Sacerdote abſolvi potuerunt. ead.
14. Sacerdotem non poſſe abſolute abſolve-re paenitentem. ead.
15. Sacerdotem impaenitentem & in peccatiſ perseverantem poſſe abſolvere. ead.
16. Indutum maloficii damnati veſtitu, vel cucullo Monaſtico poſſe hoc ipſo ſatisfacere. ead.
17. Sanguiinem Chriſti expiatiſſe peccata noſtra intervenientibus instrumentis, niimirum cilicio, veſtitu Monaſtico, conſurā. 185
18. Conditionem diuitijs meliorem eſſe con-dicione pauperis in comparandis In-dulgentiis. ead.
19. Paenitentiam non eſſe omnium boni-um, ſed tantum peccatorum. ead.
20. Paenitentiam non obligare quod uitem-pore. 186
21. Dolores Chriſti in propria carne per-ferri poſſe. ead.
22. Chriſtum, ut alia paenitentie opera, ita quoque flagellationem ſpontaneam ſuficepſe. ead.
23. Sigillum confeſſionis ne quaquam deſi-gnandum eſſe, quamvis ageretur totius orbis ſalas. 187
24. Eos, qui tenentur obnoxii vinculo fi-delitati vel juramento alicui, liberari a tali vinculo, ſi nō incederit in excom-municationem. ead.
25. Contritionem venialiam peccatorum non eſſe neceſſariam, quodd ipſa ab ipſe conteritione remitti queunt. ead.
26. Pontifices propter delicta Magistra-tuum ſubditos excommunicare optimo-jure poſſe. ead.
27. Adamo Halberſadienſiam peccata populi imponi, & propter illa templa ejecitum Quadragesimali tempore in plateis oberrare. ead.
28. Unicam guttulam ſanguini Chriſti fuſiſſe ſufficiens ab eo pro peccatis co-tius mundi, reliquias perirentem ad the-ſearum indulgentiarum. ead.
29. Contritionem eſſe carnis emollitionem. ead.
30. Paetrem eternam, preter Chriſti, etiā ſatisfactionem noſtrā ex pacto ſibi debitam exigere. 189
31. Excommunicatioſis licet occidi poſſe. ead.

PART. III. LIBRI II. SPECIALIS.

32. Pecunia peccata redimi posse. ead.
 33. Martyres sine paenitentia & fide salva-
 ri. ead.
 34. Sacerdos cum per claves Ecclesie boni-

- nas & orationis & rationis impotes
 absolvere posse. 190
 35. Indulgencias alieni dari posse innun-
 cas. ead.

ARTICULUS XVII.

DE EXTREMA UNCTIONE.

THESIS. Exrema unctio non est proprium dictum Novi Test. Sacramentum. 191

Eidem.

Antithesis.

Nostra sententia confirmatio.

Eidem suffragatur

1. Quod quidam agnoscunt, esse tantum
 duo Novi Test. Sacra mensa vere & pro-
 priè sic dicta. 192

2. Quod quidam agnoscunt, extremam
 unctionem non esse Sacramentum pro-
 priè dictum. ead.

3. Quod quidam agnoscunt, primitiva Ec-
 clesia, Apostoli vicina, hoc Sacra-
 mentum ignotum fuisse, prout scilicet hodie
 in Papatu administratur. 193

4. Quod agnoscere cogantur, finem pro-
 priam unctionis in Apostolica & primi-
 tiva Ecclesia usitate fuisse corporis sa-
 nitatem. 194

5. Quod agnoscunt, buju unctionis Sacra-

mento jam olim fuisse contradictum. 195

6. Quedam hypotheses Adversariorum. 197

7. Dissensiones Adversariorum. ead.
 Argumenta Adversariorum.

1. Marc. 6. v. 12. Ungebant oleo multos a-
 gnos. 200

2. Jacob. 5. v. 14. Infirmatur qui in yobu
 s inducat Presbyteros Ecclesia & oreat
 super eum, ungentes eum oleo in nomi-
 ne Domini, & oratio fidei salvabit. in-
 firmum. 201

3. Augustinus lib. 2. de visitat. infirm. c. 4.
 Roges de te & pro te fieri, sicut sanctus
 dixit Apostolus Jacobus, uno per Apo-
 stolum suum Dominum. Ipsa videlicet
 olei sacri delibatio intelligitur Spiritus
 Sancti typicalis unctionis. 202

4. Deus providit Sacra menta ingredienti-
